

Et sicut turris est ad protegendos omnes que sunt in castro sic humilitas protegit et conservat omnes virtutes. Unde illud iohannis. Quis ex vobis volens edificare turrim. et humilitate consistere. secundum gloriam. Et hoc munimentum turris humilitatis valde conveniens est ad murum virginittatis quod duo invicem se defendunt ita ut hostes per murum a turri et per turri a muro arceantur. Sic ista duo virginittas et humilitas mutuo se defendunt. et hec duo excellencie fuerunt in beata virgine ut dicit Anselmus. Cum virginittate libido impugnare non potest tunc ea solet impugnare superbia. Est ergo in ipsa beata virgine turris humilitatis que a muro virginittatis omnem repellit superbiam. Et quia humilitatem superbia impugnare non potest solet eam impugnare libido sed murum virginittatis a turri humilitatis omnem repellit libidinem. ita quod hec duo murus virginittatis et turris humilitatis ab alterutro minuantur ut nunquam in humili fuerat nec superbia virginittas nec inquinata humilitas sed spiritus in eadem virgine manserunt et humilis virginittas et virginialis humilitas. Et hec patet ex evangelio. Cum ab angelo beate virginis filium permitteret. Respondit. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Sed si cuiuslibet virginis desponsare in animo suo desponsati nubere diceret filium habebis non miraretur nec interrogaret quomodo fiet istud veritate que se desponsata et in primo nupturam sciret et a viro gaudari usu nature speraret. Hec autem non immerito mirata est et quomodo fieret quod permitterebatur scilicet ita quomodo quous desponsata tamen se nunquam nupturam nec virum cognituram certissime sciebat. Hec de muro virginittatis optime circumcluso et firmissime undique munito. De turri etiam humilitatis patet. Cum enim ab angelo salutareretur et mater dei eligere qui salva virginittate cui tantum timebat doctores ut benedicta super omnes predicaretur. Respondit. Ecce ancilla domini. Et alibi. Quia respexit humilitate ancille sue. Sublimis virgo mater dei. Mater humilis ancilla dei quod sublimis esse potest quid humilis de te sentire potest. Felix virginittas quam ornatur humilitas. Felix humilitas quam ornatur virginittas. Humilitas ornatur virginittate ne sit superbia. Virginittas ornatur humilitate ne sit despecta. Sic igitur virginittas humilis ne extolletur et sic humilitas virginialis ne contempnatur. Exemplum ex evangelio de decem virginibus quarum quinque prudentes quia humiles et qui quod fatue quia superbe. De utroque istorum ornamento nobilis castelli sui gloriatur glossa ipsa virgo maria. Cantus ultio dicitur. Ego murus et verba mea turris. Adapta. predicte autem

eres conditiones boni castelli possunt accipi secundum triplicem technologiam nominis castelli ut dicitur. quod beata virgo dicitur castellum quasi castrum altum propter altitudinem vite spiritualis quod figuratur per castellum iherosolymis quod situm est in alto. de quo dicitur. Math. 21. Ite in castellum quod contra vos est. Ite dicitur castellum quasi castrum libum propter candorem castitatis virginittatis quod figuratum est per castellum emaus. Item castellum dicitur quasi castrum parvum propter humilitatem et hoc figuratum est per castellum bethanie. Quartum quod pertinet ad bonitatem castri est fossatum per quod intelligitur paupertas que omnem terrentatem evacuat ab anima. Et hec fuit in castello non in virgine maria. de qua luce. 11. dicitur quod non erat ei locus in diversorio quo filium pareretur. Quintum est armatura ad protectionem castri et confugientibus ad illud necessaria per que intelligitur habundantia pietatis que est in beata virgine qua protegit peccatores et cooperat ab hoste fugientes ad eam. Cantus. Dille clipei pendentes ex ea omnis armatura foras. Sextum est alimentum sine quo castri conservari non possent per que intelligitur copia alimentum spiritualis qua sufficiens in se habuit beata virgo. Ipsa enim intra se continebat panem verum et vinum qui de celo descendit omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem que panem si quis comederit vivet in eternum. Iohannes. 1. primum est flumen confluentem per quem intelligitur plenitudo gratie que confluit in beata virgine. luce. Ave gratia plena. Eccl. 1. In me omnis gratia vite et veritatis. Jeronimus. Ceteris per partes marie autem se totum infudit plenitudo gratie. Patet igitur quod recte per castellum intelligitur virgo maria. Hec est propter mutuum quod non dicitur simpliciter castellum sed dicitur quoddam castellum. Et hoc signanter secundum Anselmum. Quoddam enim singulare castellum maria fuit. Quod enim mulce alie murum virginittatis habeant et turrim humilitatis et virgines sint et humiles tamen salva virginittate matres esse non possunt. nec filios generare quod ista sola fecit. Similiter alie virgines predicis conditionibus boni castri mali quo participat vel participare possunt sed in tanta excellentia nisi ita conveniunt sicut beate virginis. Et ideo castellum hoc merito quoddam dicitur. 1. singulare quia ista singulariter mater fuit et virgo quod nulla alia esse potuit nisi poterit. Et dato aliqua esse matrem et virginem quous sit impossibile. Etiam sic virgo maria erat singularis in eo quod unicus filius dei genuit qui sicut est unicus pater sic est unicus mater. Et ideo etiam si virgo pareat nulla eundem